DE

YDROCELE.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

ATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ERSITATE LITTERARIA GRYPHISVALDENSI

AD SUMMOS

MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

DIE 7 MENS. NOV. A. MDCCCXXXIII.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

ANTONIUS LOWEG

GUESTPHALUS.

OPPONENTIBUS:

PETRASCH, MEDIC. ET CHIRURG. DR.
PFALZGRAF, MEDIC. ET CHIRURG. DD.
SALINGER, MEDIC. ET CHIRURG. DD.

GRYPHIAE,

YPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

Definitio morbi.

abulum hydroceles originem ducit a grae-
minibus ὕδωρ et κήλη, et proprie fignificat
rem, qui aquam continet. A medicis vero
vocantur non nifi ii tumores, qui in re-
inguinali aut in fcroto inveniuntur, qua-
er nomen hydroceles imponitur ei [1]) tan-
umori, qui efficitur aqua, quae aut in
hymate fcroti, aut in tela cellulofa fu-
fpermatici colligitur, aut in membrana
croti vel normali vel abnormali.

Hiftoria hydroceles.

Iorbus hydroceles jam antiquis notus erat,
um non fatis accurata anatomiae cognitio
t, fugiebant eos varia et originis et ipfius
genera, neque rationalis tractatio morbi
eos conftituta erat. Celfus [2]) qui primus
celen accuratius defcripfit, diftinguit qui-
ures tunicas atque diverfam in iis morbi

ud feminas quoque hydrocelen inveniffe medicos
mus, et ex noftra morbi definitione non eft, quod
offendere poffit: quod vero rariffima eft, hic om-
omittitur. cf. Bogdanum in Lyfer Cult. anat.
30; Manonry in Journal de medic. 1790 Janv. n. 3,
Iufeland N. Annalen I. p. 32. Saviard, nouveau
eil etc. v. van Swieten ad §. 1227. Alia exempla
nus apud Aetium, Paraeum, Joh. Douglas et Default.
. lib. VII c. 18.

ſedem, nihilominus evidenter elucet, variarum hydroceles ſpecierum naturam et indolem huic medico haud notas fuiſſe; ſed adſunt jam veſtigia in ejus ſcriptis, quae nobis demonſtrant, excifionem, et inciſionem eum haud fugiſſe. Uſum ſetacei Galenus [3]) primus habet, quod per acum candentem applicabat. Leonidas Alexandrinus [4]), qui primus meliorem morbi diagnoſin inſtituebat, diſtinguit quidem hydrocelen a ſarcocele et herniis, ſed ſingula hydroceles genera ei prorſus ignota erant. Curationem aut ferro candenti aut ſcalpello optime reddi docet, ſed jam novit remedia cauſtica, et inter discutientia emplaſtrum Pſittacii, quod vocat, optimo ſucceſſu ſe ipſum adhibuiſſe dicit. Seriores Graeciae medici non niſi externis remediis uſi eſſe videntur. Paulus Aegineta primus diſtinguit hydrocelen tunicae vaginalis et hydrocelen cyſticam. Operationem ita facit, ut inde ab inguinibus usque ad infimum ſcrotum ad raphen parallele incidat, oras vulneris hamulis diſtendat, proprio quodam ſcalpello tunicam erythroideam excidat, et aperiat tunicam vaginalem phlebotome, ubi remotiſſima eſt a teſticulo emittatque aquam. Tum hamulo eam circumvolvit et excidit. Vulnus tunicae vaginalis lana, oleo madefacta, externum vulnus penicillis et apta vinctura contegitur. Adhibet quoque ferrum candens, poſtquam ſcrotum ſcalpello ſejunxit et telam celluloſam decidit [5]).

Arabes paene nihil ad naturam hujus morbi melius perſpiciendam profecerunt. Religio enim et mollities anatomiam et operationes apud eo

3) Meth. med. L. XIV.
4) Aëtius tetrab. IV. ſerm. 2. c. 22. col. 692.
5) Paul. Aegin. L. VI c. 62.

npediebat. Idcirco non nisi remedia externa iscutientia in usum vocabant, et si unquam ad perationes instituendas commovebantur, Paulum et Leonidam sequi solebant. Rhazes incionem toties repetendam suadet, quoties tumor enuo redeat [6]). Eandem curationis rationem ommendat Avicenna, praeter eam vero etiam xterna remedia adhibenda esse putans [7]). Apud Albucasem nihil fere aliud, quam apud Paulum nvenimus, nisi forte id, quod ferrum candens ncisioni praeponit, et aquam emittit instrunento, quod simile est nostrae acui triquetrae [8]).

Medici aetatis mediae et incisione et setaceo t ferro candenti utuntur. Johannes Arculanus ferum candens, quod testiculo facile noceat, rejicienlum, tunicam vaginalem solvendam, turundam pplicandam et ad pus proliciendum arsenicum dhibendum esse docet [9]). Ceterum ipsi illustrisimi, qui illis temporibus exstiterunt, medici in olis remediis externis applicandis substiterunt, et perationes permiseruut operatoribus vagantibus.

Fallopius superat eos, qui antea vixerant, nedicos, meliorem singulorum generum diagnosin proferens, et hydroceles species secunlum aquae vel in saccum hernialem, vel in tuicam vaginalem, vel in cystam peculiarem collectionem distinguens. Usum setacei in curaione optimum esse dicit, totiesque repetendum, quoties tumor denuo appareat: pueris incisionem quoque adhiberi posse [10]). Apud Fabriium Hildanum primum legimus hydrocelen

6) Contin. L. XI c. 3.
7) Can. L. III fen. 21. tr. 1.
8) Chirurg. L. II. Sect. 62.
9) Expos. in L. IX ad Almans p. 716
10) Fallopius de tumoribus praet. nat. c. 34.

cum ſarcocele interdum conjunctam eſſe, et noxiam vim in tali morbi noſtri natura habere remedia cauſtica. Filo tunica vaginali-vaſis ſpermaticis parcens-ligata, eandem tunicam late incidit et aquam ſenſim emittit [11]).

Praeterea ipſa acus triquetra a multis hujus aetatis praeclaris medicis laudatur, et Zacutus Luſcitanus quidem uſum ejus aptiſſimum eſſe docet ad morbum ſanandum [12]). Idem inſtrumentum laudat Welſch, experientia ſe prae ceteris id probatum inveniſſe contendens [13]). Idem confirmat Munniks [14]).

Franciſcus Theveninus, qui ad radicalem ſanationem turundas commendabat, tumorem aperuit remediis cauſticis et applicavit turundam, cujus applicatione per ſeptem vel octo dies continuata, et inflammationem et ſuppurationem cieri dicit [15]).

Joh. Ant. Lambertus huic morbo remedium propoſuit injectionem hydrarg. mur. corroſiv. in aqua calcis ſoluti. Idem varicocelen ſimul cum hydrocele exiſtere obſervavit [16]).

Croiſſant de Garengeot multis et praeclaris obſervationibus optime de re medica meritus primus diſtinxit hydrocelen funiculi ſpermatici et tunicae vaginalis, dicitque alteram cum altera ſaepe conjunctam eſſe. Probabili et firma ratione improbat remedia cauſtica, laudat contra inciſionem. Membranas, quae induratae inveniuntur, quantum fieri poſſit excidere, quae

11) Fabric. Hildan. cent. IV obſ. 65.
12) Prax. med. mirand. L. II obſ. 84.
13) Curat. propr. dec. IX cur. 1.
14) Prax. chirurg. L. I c. 14.
15) Oeuvres, contenant un traité des tumeurs, Paris 1658.
16) Les commentaires et oeuvres chirurgiques. Mar-

ccidi non poffint, hydrarg. oxyd. rubro et alu-
ine ufto confpergere fuadet, atque vaforum
ermaticorum intumefcentiam purisque colle-
ionem in fuperficie tefticuli non effe femper
ericulofam fimul monet [17]). Petit primus
nimadvertit haematocelen, laefis per pun-
ionem vafis fpermaticis ortam, fufpicionem-
ue hydroceles denuo exortae moventem [18]).
Ionro injectionum vinofarum mentionem fa-
t [19]). Percival Pott protulit de morbo noftro
ovas praeclarasque obfervationes, eaque, quae
fe de natura et caufis morbi attulit, etiam apud
os in honore funt, quippe quum diligenter et
ccurate fedem morbi anatomicamque partium
tionem cognoverit [20]). Sabatier dijudicat va-
as curationis methodos, laudatque injectiones,
l quas vinum rubrum eligendum docet [21]).

Accurate et fubtiliter de variis hydroceles
eneribus differuit Benjamin Bell, qui majores
cifiones laudat, improbat injectiones, et de
onnexu hydroceles cum ofcheocele loquitur [22]).

Recentioribus et noftris temporibus de hac
e commentati funt permulti, qui vel in differ-
tionibus, quae ad hunc folum morbum perti-
ent, vel in operibus, quae totum chirurgiae
rbem complectuntur, multa protulerunt. Lon-
ius eft, etiam obiter attingere ea, quae ab iis
icta funt; tranfeamus igitur ad ipfius morbi
ontemplationem.

---

17) Traité des operations de chirurg. V. I p. 460.
18) Traité des malad. chirurg. V. II p. 496.
19) Med. effays and obf. of Edinb. vol. V.
20) Chirurg. Werke. Bd. I. S. 440—500.
21) Mem. de l'Academie de chirurg. vol. V. p. 670—728.
22) Bells Lehrbegr. der Wundarzneyk. Th. I. S. 280—564.

De hydrocele in univerſum.

Difficillimum eſt, accuratam hydrocele deſcriptionem generalem reddere, quam applicare poſſis ad omnia ejus genera, quae et ſede morbi et aetate aegroti et complicationibus cum aliis morbis diverſiſſima ſunt. Quum vero in omnibus morbis maximi momenti ſit certa et accurate conſtituta ſigna habere, e quibus ſingularem morbi caſum ad certum ordinem revocare et propriam ejus formam facile cognoscere poſſimus, inter varia ſigna morbi, quae omnium ſingulorum generum communia ſunt, ſequentia prae caeteris commemorari debent.

1) Hydrocele plerumque chronicus morbus eſt, qui lente et ſine doloribus exoritur.

2) Morbus infra primum apparet, ſenſimque ad ſuperiorem ſcroti partem progrediens ad annulum abdominalem ascendit.

3) Tumorem ſi quoad pondus cum aliis ſcroti morbis comparas, levem invenies, quoad magnitudinem et formam ubicunque aequalem et ſi compreſſio tumoris aut ſitus horizontalis formam et magnitudinem ejus mutare poſſunt et lente mutatur, et non minus lente redit prior forma; neque tumoris contenta tam diſtincte in abdominis cavum per annulum inguinalem promoveri videmus, uti in herniis mobilibus fieri ſolet.

4) Interdum, aquam in ſcrotum collectam eſſe, et ſenſu fluctuationis, qui in compreſſione tumoris cietur, et foveis, quas digitus tumorem comprimens in ſuperficie cutis relinquit, nec minus ex pellucida tumoris ratione (quae candela accenſa, poſt tumorem poſita, detegitur) ſuper omnis dubitationis aleam poni poteſt.

Ceterum ad certiorem morbi diagnofin certe confert, fi difpofitionem aegroti, caufas remotas et aliorum organorum laefam functionem refpicimus.

Quae fymptomata, quamquam in fimplici hydrocele femper inveniuntur, et plerumque facile cognofci poffunt, attamen multifariis mutationibus et hydroceles cum aliis morbis complicationibus minus perfpicua in permultis aegrotis redduntur. Ut igitur quam certiffimam ubique morbi diagnofin inftituere poffimus, non folum nobis acquirenda eft cognitio accuratiffima fingularum partium, in quibus morbus fedem habet, variorumque, quae ex varia morbi fede enafcnntur, generum, fed haud minus etiam varii ftatus morbofi, qui cum hydrocele confundi poffunt, vel cum eadem interdum conjuncti inveniuntur, refpici debent. Quod fi fit, fimulque medicus in aetiologiam et ortum morbi attentus fuerit, diagnofis non difficilis erit.

Divifio hujus morbi ex diverfis rationibus principiisque diverfa eft; ita diftinguitur ex charactere fuo activus et paffivus hydroceles ftatus. Sed tamen hoc difcrimen minoris momenti et non nifi tunc accurate refpiciendum eft, fi fanatio fine operatione fufcipi debet. Porro diftinguitur hydrocele fimplex et complicata, quae divifio quoad medelam magni quidem momenti effe poteft, fed ad naturam morbi illuftrandam nihil confert. — Majoris momenti certe erit difcrimen inter hydrocelen congenitam et acquifitam, quia utraque fpecies inter fe differt non folum quoad naturam, fed etiam quoad exitum et medelam morbi.

Utraque vero diverfa eft quoad fedem,

et diſtinguendae ſunt in hydrocele acquiſita hae ſpecies:

1) Oedema ſcroti,
2) hydrocele tunicae vaginalis communis,
3) hydrocele tunicae vaginalis teſticuli,
4) hydrocele ſacci hernioſi.

Nec non hydrocele congenita plures ſpecies complectitur, quae ita diverſae ſunt, ut

1) aut totus proceſſus vaginalis peritonaei apertus maneat, et aquam collectam in ſuo cavo contineat; aut
2) in ima parte obliteretur, et aqua quae in ſuperiori parte continetur, cum cavo abdominis communicationem habeat, aut ut
3) in ſuperiori parte obliteretur, neque aqua in cavum abdominis redire poſſit; aut ut
4) et in inferiori et ſuperiori parte ſimul obliteretur, et aqua in cyſta incluſa appareat.

Quibus de diverſis generibus uberius nobis dicendum eſt; ſed quum materia fines diſſertationis excederet, ſi de iis quoque ſpeciebus, quae minoris momenti ſunt, accuratius diſputare vellemus, has non niſi obiter attingemus.

Oedema ſcroti.

Multi quidem hanc hydroceles ſpeciem in numerum eorum morborum recipi nolunt, qui in genere „hydrocele" vocantur, et negari minime poteſt, a ceteris hydroceles ſpeciebus longe eam differre, quia harum aetiologia, prognoſis et curatio valde ab oedematis ſcroti aetiologia, prognoſi et medela diſcrepat. Quum vero ſignificatio verbi hydroceles neque ex etymologia, neque ex medicorum uſu (quorum alii alios tumores in numerum hydrocelarum referunt)

atis certo conſtituta ſit, et a plerisque haec forma um hydrocele ſimul pertractetur, neminem ffendere poteſt, ſi paucis quidem de ea hoc loco liſputamus.

Ubi hanc formam invenimus, liquor in toto croto effuſus eſt, et inprimis quidem in tunica larto propter celluloſam ejus ſtructuram. Quam b cauſam tumor, qui hic maximum ſignum liagnoſticum eſt, omnia ea, quae oedemati ropria ſunt, ſymptomata exhibet, ſcilicet fri-idus et doloris expers eſt, ac, ſi eum digito omprimis, fovea efficitur ſenſim ſenſimque eva-eſcens. Color plerumque pallidus evadit, et ugae ſcroti diſparent, et inde tumorem inter-um ſplendentem invenies, et penis quoque non unquam tumore oedematoſo afficitur, unde raeputium ſaepe tam extenſum apparet, ut urina on ſine impedimento emitti poſſit.

Si originem oedematis ſcroti reſpicimus, et rimarium et ſecundarium diſtinguere debemus. 'rimarie hoc malum enaſcitur e cauſis topicis in ocum affectum agentibus ſc. compreſſione vaſo-um nervorumque ex femore luxato, bracherio nale et vitioſe inſtructo etc. orta. Ceterum con-uſio quoque ſcroti, refrigeratio, ſqualor (in-rimis apud infantes) abuſus cataplasmatum cau-e eſſe poſſunt. Secundarie oritur ex hydrope naſarca et aſcite, aut (ſi adſunt vel fiſtulae uri-oſae, vel caries columnae vertebralis, vel ab-ceſſus muſculi pſoae) infiltrationibus urinae vel uris, aut ex infiltrationibus ſeroſis, ſi v. c. irupta eſt membrana, quae circumdat hydro-elen alius generis.

In formanda prognoſi exituque morbi prae-agiendo cauſae remotae reſpici debent. Pri-

marium oedema facile ſanatur; ſecundarium a morbo primario pendet, et facile in ſphacelum tranſit.

Curatio mali, ſi primarium eſt, plerumque non niſi remotionem cauſarum poſtulat, quibus remotis niſi evaneſcit, ſuſpenſorii uſus ſimul cum lavationibus ſpirituoſis, vel decoctis aut infuſis adſtringentium et aromaticorum, vel cum fomentis ſiccis camphora inpraegnatis, ſanationem mox efficiet. Contra ſecundariam oedematis formam eadem, quae diximus, remedia topica adhibemus, ſimul reſpicientes morbum primarium, cujus vel ſymptoma vel ſequela oedema ſcroti eſſe poteſt, quo profligato etiam oedema ipſum evaneſcit. Si vero morbus gravior evadit, punctiones vel ſcarificationes neceſſariae fieri poſſunt.

Oedema ſpurium ex urinae, puris et aliis infiltrationibus ortum, citam remotionem contenti per cultellum poſtulat. Exiſtit quidem periculum ſphaceli ex inciſionibus applicatis, periculoſius vero eſt contentum, ſi diutius remanet. Eſt vero ſimul cavendum, ne contentum denuo colligatur. Si poſt inciſiones ſphacelus oritur, ex regulis therapiae curandus eſt.

Hydrocele tunicae vaginalis communis.

In hac hydroceles forma liquor ſeroſus, ut ipſum jam nomen indicat, colligitur in tela celluloſa, quae ad membranae formam quaſi condenſata partim et teſticulum et funiculum ſpermaticum ſimul circumdat, partim ſingulis proceſſibus in profundum tendentibus ſingula vaſa funiculi ſpermatici involvit, qui tunica funiculi propria vocantur. Diſtinguuntur duae

iujus formae species, quarum altera est diffusa
eri collectio intra cavum, quod tunica vaginali
communi cingitur, — altera vero circumscripta
iquoris serosi effusio, intra sacculi proprii limi-
es contenta, unde hydrocele cystica vocatur.

1) *Hydrocele diffusa tunicae vaginalis com-
nunis* rarissimus est morbus, quem experientis-
imi in re medica viri, et ipse celeberrimus
Boyer, Pottii tantum descriptionem et animad-
versiones referens [23]), nunquam observaverunt;
d quod S. Cooper [24]) quoque confirmat, di-
cens, se nunquam invenisse hanc hydroceles for-
mam. Si morbus levior est, non habet incom-
moda, et idcirco saepius non detegitur, ad gra-
viorem vero statum si pervenit, tumor magnum
circuitum assequi, et ad ipsum annulum abdomi-
nalem ascendere potest. Ex hoc diverso morbi
statu varia symptomata apparent. Scrotum qui-
dem in hac forma est immutatum, sed in ea,
quae affecta est, parte magis dependet, ostendit-
que tumorem. Ipse tumor quidem secundum
gradum mali diversus est, sed tamen in univer-
sum pyramidalem formam habet, et juxta funi-
culum spermaticum ascendit, aut jam infra an-
nulum abdominalem finitus, aut perveniens ad
ipsum, aut in ipsum abdomen ascendens. Tumor
mollis doloris expers, quando aegrotus decumbit,
ex forma pyramidali in cylindraceam abit. Testi-
culum in inferiori scroti et tumoris parte satis evi-
denter sentire et a reliquo tumore distinguere po-
teris. Dicta symptomata in qualicunque casu ac-
curatae diagnosi sufficient, nihilominus interdum
malum modo descriptum cum aliis morbis illi

23) Dictionaire des sciences medicales v. XXII p. 215.
24) Dictionaire de Chirurgie p. S. Cooper v. I. p. 647.

quoad adſpectum plus minusve ſimilibus commutari poteſt; huc pertinent prae aliis hernia omenti, quae vero, ſi ſymptomata ejus accuratius perſcrutantar, haud difficile ab hydrocele diſtinguitur, quia in hac liquor ſeroſus propter pondus ſuum primum in inferiori ſcroti parte apparet, ſenſimque et ſemper aequaliter adſcendit. Hernia omenti vero ſemper primo apparebit in ſuperiori ſcroti loco, et plerumque ſubito orietur poſt qualemcunque violentiam, quae extruſionem inteſtinorum juvet. Eadem efficiet, ut cito augeſcat, et major ſiat. Habet quidem uterque tumor mollitiem paſtaceam, ſed hernia omenti nonnullos locos offert duriores. Jam forma herniae omenti immutabilior eſt, in hydrocele vero decubitu mutatur forma pyramidalis in cylindraceam. Uterque porro tumor, quando aegri decumbunt, vel ſponte vel compreſſionis ope tolli poteſt, hernia omenti vero, ſi mobilis eſt, cito et facile in abdominis cavum redit, et reditus ille ſatis evidenter ſentiri poteſt. Abſunt denique in hydrocele ea incommoda, quae ex interpellata functione ventriculi et inteſtinorum oriuntur in hernia omenti.

Cum hernia alius generis noſtra forma non bene confundi poteſt; facilius cum hydrocele tunicae vaginalis teſtis. Sed ſatis evidenter hujus morbi propria ſigna elucent, ſc. ovalis forma tumoris, major ejus duritas et elaſticitas, et teſticulus tumore incluſus.

A varicocele et inflammatione funiculi ſpermatici deſcripta morbi ſpecies facile diſtingui poteſt, quum in varicocele ſingula vaſa dilatata inveniantur, teſticuli parenchyma plerumque laeſum ſimul evadat, et hydrocele a varicocele

tiam quoad tactum discrepet. — Non diffici-
or erit diſtinctio a tumore adipoſo in funiculo
permatico, quippe qui ſemper ſuam aequalem
ormam retineat, neque poſitione et compreſſione
ommutari poſſit.

Collectio puris in tela celluloſa funiculi
permatici dignoscitur e morbis, qui ejus cauſae
unt, ſimulque cum collectione apparent.

2) *Hydrocele cyſtica* eandem, quam ſupe-
ior, ſedem habet, ſed tamen ita, ut non niſi
parte tunicae vaginalis communis inveniatur,
tque liquor ſeroſus, quod jam ex nomine ſatis
are apparet, in cyſta incluſus ſit. Solet haec
orma in medio funiculo ſpermatico occurrere,
ovalem aequalemque formam exhibere. Tu-
or eſt circumſcriptus, compreſſio dolorem non
citat, atque et funiculus ſpermaticus et teſti-
ılus tactu ſatis diſtincte ſentiuntur. Interdum
fert fluctuationem, quae ſaepius vero non niſi
bſcure et haud raro nullo modo poteſt animad-
rti. Tumoris magnitudo diverſa eſt, quae
creſcit, teſticulum et annulum abdominalem
ſequi, et priori poſteriorique ſpeciei ſimilis
ri poteſt. Attamen, ſi teſticulum inquiri-
us, reſpicimusque tumorem, qui non paſta-
am mollitiem habeat, et aequalis ſit, facile
ſtingui poteſt. De natura et origine cyſtae,
ae aquam continet, diverſae ſunt ſententiae
ctorum virorum, et fortaſſe tres modi for-
ationis locum habere poſſunt. Nam poſt teſti-
li in ſcrotum deſcenſionem proceſſus perito-
ei extremitates superne et inferne concrescunt,
m media ejus pars aperta manet et cavitatem
mat, quae aquam continet. Schregerus [25]).

5) Chirurgiſche Verſuche. Th. I. p. 43.

hanc ſolam ſententiam approbandam eſſe dicit, ceteraſque errore tantum inniti. Quamquam non omnino vera eſt haec ejus ſententia, tamen eſt forma, quae ſaepiſſime evenit, et fortaſſe hanc ob cauſam hydrocele cyſtica frequentiſſima eſt apud homines juniores. Secundus modus inde enasci videtur, quod tela cellulofa condenſatur ad formam membranae, quae aquam includit, ſed ita ſemper retinet ſuam propriamque naturam, ut mox poſt inciſionem et remotionem aquae nullum amplius veſtigium prioris membranae adſit [26]). Pro tertio modo habendus eſt paraſitus periphericus ſub nomine hygromatis; et fortaſſe hydatides quoque huc referri poſſunt.

Confundi cum aliis morbis hydrocele cyſtica quidem non facile poteſt; attamen ſimiles fortaſſe ſunt herniae, alia genera hydroceles, tumores adipoſi in parte aliqua funiculi ſpermatici, diſtentiones topicae vaſorum, tertius teſtis. Attamen diſtinctio omnium harum formarum diligenti exploratori facile contingit, ita ut uberius de iis haud diſputandum ſit.

Hydrocele tunicae vaginalis teſtis.

In hydrocele tunicae vaginalis teſtis aqua inter albugineam et tunicam vaginal. teſtis collecta eſt. Quae forma longe frequentiſſima eſt, eamque ſolam multi hydrocelen vocant. Hic morbus oritur ſenſim et ſine dolore, niſi forte teſtis inflammatus cauſa morbi ſit, et ſub initio vix obſervatur ab aegroto. Teſticulus paululum tantum auctus videtur, et quum tumor mol-

26) Aug. G. Richter, Anfangsgründe der Wundarzneykunſt. Bd. VI.

s et ſine incommodo ſit, negligitur fere ab
egroto. At vero peritus quidem in hac ipſa
rma facillime fluctuationem ſentiet. Tumor
nſim augetur magisque extenditur, ſed ad
nicam vaginalem accommodatam formam ova-
m, planamque ſuperficiem habet. Supra di-
ncte ſentimus funiculum ſpermaticum, teſti-
lus vero, liquore ſeroſo circumdatus, invenitur
poſteriori et ſuperiori latere nonniſi ut pun-
um durius, quod ſi comprimitur, proprium
mpreſſi teſticuli ſenſum aegroto affert. Si
mor etiam majora incrementa capit, aſſequi-
r annulum abdominalem, neque poſſumus am-
ius diſtinguere funiculum ſpermaticum; ſed ſi
morem nonnihil detrahimus, ſuperiorem ejus
rtem annulumque abdominalem propria ſua
agnitudine liberumque ab alieno corpore in-
rdum ſentiemus. Pondus ſcroti auctum qui-
m eſt, ſed non reſpondet volumini tumoris,
ldeque discrepat a pondere aucto in morbis,
quibus teſticulus intumeſcit. In gravioribus
ſibus, imprimis ſi tunica vaginalis condenſeta
, quamquam durior eſt tumor, vixque poſſu-
us fluctuationem animadvertere; tamen for-
ri compreſſioni cedit, ut veſica aqua repleta.
tumorem ab altera parte contemplamur et
eri parti candelam admovemus, perſpicuus
, niſi forte liquor turbidus et membranae,
ae includunt, nimis condenſatae et induratae
adunt. Qua quidem ex re ſymptoma nobis
ſiſtit, quod non ſolum bonam ipſius morbi
gnoſin, ſed etiam certam poſitionis teſticuli
gnitionem praebeat. Quamquam enim teſticu-
plerumque ſitus eſt in ſuperiori et poſteriori
noris parte, tamen nonnullae exſtant exce-

ptiones. Ita Dupuytren aegrotum curavit, in quo punctionem jam fecerat chirurgus quidam, ſolito loco, ubi non liquorem ſeroſum, ſed purum ſanguinem emiſerat.

Dupuytren, quum perſcrutatus eſſet tumorem candela admota, in anteriori parte teſticulum invenit, quapropter punctionem in poſteriori fecit et liquorem emiſit [27]. Ut teſticulus ita funiculus quoque non ſemper ſolitam poſitionem habet. Plerumque eum in poſteriori parte tumoris invenimus, ſed ſi tumor major eſt, vaſa magis extenduntur, et vel in latus, vel etiam in anteriorem partem tumoris vertuntur. Praeter has inſolitas topicas rationes teſticuli et funiculi ſpermatici aliae quoque incidunt exceptiones, quae partim ad membranas, quae liquorem includunt, partim ad ipſum liquorem contentum attinent, quarumque cognitio et ad meliorem diagnoſin, et ad curationem morbi utiliſſima eſt. Ubi malum nondum inveteratum eſt, et cremaſter, et tunica vag. comm., et tunica propria teſticuli normalem rationem habent, facileque liquor contentus cognoſcitur. Si vero malum diutius duraverit, membranae ſenſim magis magisque condenſabuntur atque indurabuntur, et in ipſa tunica propria cartilaginoſae oſſeaeque adeo particulae invenientur, ita ut difficile tantum acu triquetra penetrari poſſit. Coaleſcit quoque tunica vaginalis interdum loco abnormali cum teſticulo, neque ergo in communi cavo contenta eſt aqua. — Liquor collectus plerumque pellucidus eſt et limpidus, et continet interdum flocculos albidos, id quod

---

27) De la medicine operatoire par Sabatier ed. de Sanſon et Begin. Paris 1824. V. III p. 20.

.Cooper animadvertit apud incolas Indiae occi-
entalis; eſt etiam nonnunquam liquor tenacior
t craſſior, minus pellucidus, in pluribus cellulis
ıclufus, adeoque concrementa oſſea in eo re-
erta ſunt. Medicus accurate indagans ex his
gnis ad certam morbi cognitionem pervenire
oterit. Sed ſimiles aliquae ſunt morborum for-
ıae, quibuscum facile confundi poſſit.

1) Morbi teſticuli cum volumine aucto, ut
lammatio, teſtis chronicus tumor, varicocele,
:irrhus et fungus medullaris teſticuli. Quorum
lurimi facile cognoſci poſſunt. Ita ſeparatur
ıflammatio per propria ſua et ſolita ſympto-
ıata; tumor chronicus plerumque ſequitur in-
ammationem, eſt praeterea undique aequaliter
urus, gravior, praebetque ubique in fortiori com-
reſſione ſenſum preſſi teſticuli, neque unquam
ccurrere videtur ſine intumeſcentia funiculi
ermatici. De varicocele jam ſupra diximus.
:irrhus dignoſcitur ex inaequali ſuperficie,
ajori duritate pondereque, propriis doloribus,
ıque ex re, quod funiculus ſpermaticus et glan-
ılae vicinae ſimul affectae ſunt. Facillime cum
ydrocele fungus medullaris teſticuli confundi
oteſt. Chelius [28]) narrat, in fungo medullari
ſticuli medicum quendam punctionem inſti-
iſſe. Ille fungus medullaris tumorem mollem
hibet, fallacem fluctuationis ſenſationem in-
rdum ſimulans, diſcrepat vero ab hydrocele
ndere, doloribus periodicis et funiculi ſper-
atici glandularumque intumeſcentia, denique
tius organiſmi affectione.

2) Herniae ſcrotales. Diſtinguuntur aetio-

---

8) Handbuch der Chirurgie.

logia, et mobilitate, nisi adnatae aut incarceratae fuerunt, aliam quoque praebent texturam, tactu satis evidenter explorandam, et certam elasticitatem, prae se ferentem, — cum annulo abdominali cohaerent; functio intestinorum, quae continentur plus minusve interpellata, et testiculus extra tumorem est. Si obiter eam exploras, simillima ei quidem est hernia vesicae urinariae, sed est diversa propter mutabilem ambitum tumoris, qui ex majori vel minori collectione in vesica urinae mutatur. Praeterea tumor compressione removetur, et si vesica jam evacuata fuerit, urina denuo emittitur.

3) Alia genera hydroceles facilius dignoscuntur. De distinctione ab oedemate funiculi jam supra diximus; hydrocele cystica testiculum bene distingui permittit, nec non herniosa; cum haematocele confundi non potest eam ob rem, quod causa aliqua praecedit, quae continuitatem vasorum tollere potuit, quamque extemplo sequitur tumor. Difficilior redditur diagnosis hydroceles complicationibus aliorum morborum. Attamen vel historia morbi (quum initio plerumque unus tantum morbus adsit) vel accuratior exploratio omnium symptomatum et signorum morbi, vel operatio ipsa lucem afferet.

Hydrocele sacci herniosi.

Haec hydroceles forma si adest, aqua in processu peritonaei, qui sacci formam habet, et saccus herniosus vocatur, continetur. Origo et ratio sacci herniosi duplex esse potest, prout aut intestina et aqua in sacco hernioso sunt, aut hernia jam antea reposita, propter continuatum bracherii usum collum sacci hernialis conclusum re-

ıanſit, et aqua continetur in ſacco, qui undique laufus eſt. Si prima ratio adeſt, herniaque potſt reponi, diagnoſis facillima eſt, quum aqua ı amplo cavo contineatur, et huc illuc moveri oſſit. Si vero hernia ita cum collo ſacci coaıit, ut neque inteſtina nec aqua contenta in abomen redire poſſint, errare facilius eſt, quum ıinor aquae collectio non niſi herniam, major ero non niſi hydrocelen dignoſcere permittat. ttamen in priori caſu iſte locus, ubi inteſtinum el omentum prominet elaſticam vel paſtaceam ıollitiem exhibebit, ille contra locus, quo imrimis aqua collecta eſt vel fluctuationem vel ıltem elaſticitatem praebebit diverſam ab ea, uae inteſtino propria eſt. In ſecundo caſu colectio aquae iis, quae jam ſaepe diximus, ſignis roditur, ſed herniam tactu dignoſcere non oſſumus, et partim hiſtoria morbi, partim ceera herniarum ſigna nobis indicabunt, herniam na cum collectione aquae adeſſe. Si ſaccus erniofus nihil niſi aquam continet, collumque us clauſum eſt, e decurſu morbi cognoſci deet. Confundere eam cum reliquis hydroceles eciebus non facile poteris propter conjunctioem cum annulo abdominali, elaſticam natum, teſticulumque extra tumorem poſitum, ıae ſigna hydrocelen ſacci hernioſi ab oedemate niculi, hydrocele cyſtica et hydr. tun. vag. fale diſtinguere permittunt.

Hydrocele congenita.

Aqua continetur in cavo proceſſus peritoıei, qui teſticulum ex abdomine deſcendentem rcumdat, quique primo tempore cum cavo dominis conjunctus eſt, poſtea vero, quum mar pars ſupra clauſa eſt, format tunicam vag.

teſtis propr. Colligitur aqua aut quum totus proceſſus patet, aut quum jam pars ejus clauſa eſt. Exſiſtunt ex his rationibus quatuor illa, quae ſupra diximus, genera hydroceles: hydrocele cong. univerſalis, h. c. ſuperior, inferior, ſaccata ſ. cyſtica.

1) *Hydrocele congenita univerſalis.* Tumor hujus formae extenſus eſt inde a fundo ſcroti usque in canalem inguinalem, et formam pyramidalem habet, ſuperficiem ubique aequalem, eſtque elaſticus et fluctuans. Quando aegrotus decumbit, vel tumor arcte et continuo comprimitur, aqua in cavum abdominis facilius aut difficilius redit, prout collum proceſſus peritonaealis amplius aut arctius eſt. Tunc teſticulum amplo laxoque ſacco incluſum invenies, ſed aqua iterum refluente mox ea penitus rurſus cingitur, neque bene diſtingui poteſt. Funiculus ſpermaticus vero ſemper diſtinguitur, plerumque verſus poſterius exteriusve tumoris latus; praeterea quaelibet ſecretio et excretio alvina aucta aquae reſorptionem juvare tumoremque minorem reddere ſolet. Si vero neque natura, neque ars ad malum removendum aliquid valet, aqua magis magisque colligi poteſt, tumor ellipticam adeoque globoſam formam accipit, funiculus ſpermaticus a parte poſteriori magis ad latus verſus premitur, et ex eo, quod partes prope ſitae comprimuntur, alii morbi enaſci poſſunt.

Morbus confundi poteſt cum compluribus aliis malis, de quibus jam antea fuſius loquuti ſumus. Praeterea plurimae ſimiles formae rariſſime tantum occurrunt aetate juniori. Frequentius vero invenitur morbus, qui cum hac hydroceles forma facile commutari poſſit, ſc.

ernia congenita. Attamen ſi morbus non com-licatus eſt cum aliis, diſtingui facile poteſt ex gnis, quae ſupra diximus. Si vero haec mala onjuncta ſunt, quod jam ex anatomica ratione cile evenire poteſt, diagnoſis difficilis plerum-ue redditur. Hernia vero cum hydrocele con-enita triplici modo conjuncta eſſe poteſt.

a) Aqua poteſt explere totum proceſſum eritonaealem usque ad exteriorem annulum odominalem, neque hernia ex canali inguinali ccedit. In hoc modo certam diagnoſin vix aſ-qui poſſumus. Si in regione canalis inguinalis aſticum vel paſtaceum tumorem ſentimus, qui, reducitur, ſatis bene declarat, aliquid firmi cedere, diagnoſis ſtabilita eſt; ſed tamen hoc ro contingit. Praeterea obſervandum eſt, quo odo quibusque ex cauſis tumor apparuerit in gione inguinali; num forte ſimul cum ortu us functio inteſtini cujusdam interpellata ſit; um denique, ſi tumor exſiſtit, aqua, quae con-etur proceſſu peritonaeali, difficilius, quam an-a in cavum abdominis recedat. Ceterum non t magni momenti, ſi hernia hujus generis cum drocele conjuncta eſt.

b) Hydrocele cum hernia ſcrotali incom-eta conjuncta eſſe poteſt. Inteſtina tunc ſupe-orem, aqua inferiorem partem ſacci obtinet. aquae collectio minor eſt, tumor cuneifor-is apparet àpice ſuo inferne ſpectans; ſi plus uae colligitur, tumor inverſum cuneum refert. iagnoſis hic facilior eſt, et ſi ſingula utrius-ue morbi ſigna exponere vellemus, repetenda ent, quae jam ſupra expoſuimus.

c) Hydrocele conjuncta eſſe poteſt cum her-a ſcrotali completa, ut aqua inteſtina circum-

det. Huc pertinent ea, quae ſupra de hydrocele ſacci hernioſi diximus. Attamen teſticulus non in poſteriori tumoris parte eſt, ſed aqua incluſus.

2) *Hydrocele congenita ſuperior.* In hac quoque forma aqua in cavum abdominis recedere poteſt, et omnino nullum eſt hujus a priori diſcrimen, niſi quod teſticulum aqua non circumdatum invenimus, eumque vel in inferiori et poſteriori tumoris parte ſentimus.

3) *Hydrocele congenita ſaccata.* Valet in hac forma id, quod de hydrocele cyſtica diximus, eo tantum diſcrimine, quod huc ea ſola forma refertur, quum aqua ſedem habet in proceſſu peritonaei, qui ex parte apertus manſit.

4) *Hydrocele congenita inferior.* Si exteriorem formam reſpicimus, diverſam eam invenimus quoad proceſſus peritonaealis teſticulum cingentis concretionem, quae in variis locis apparere poteſt. Si in canali inguinali concretio facta eſt, tumor ſimilis eſt hydr. cong. univ., aqua nullo modo poteſt in abdomen reprimi, neque tumefacta eſt regio inguinalis; eamque ob rem herniae collum proceſſus periton. claudenti id tribuere non poſſumus, quod aqua reprimi non poteſt. Si proc. periton. prope teſticulum concretus eſt, haec forma pro hydroc. tun. vag. teſtis propr. haberi poteſt.

Aetiologia.

Cognitio cauſarum morbi ad ſtatuendam therapiam graviſſima videtur, et ad ipſam curationem rationalem remediis pharmaceuticis adminiſtrandam cognitio proximae cauſae i. e. naturae morbi, omnino neceſſaria eſt. Sed remotiores quoque cauſae indagandae ſunt, propterea

od, ſi continuatam ſemper vim exercent, raro
ıationem admittunt; ſi vero ſublatae ſunt,
ɛpe ſponte aegrotus ſanatur. Quamquam igi-
r cauſae morborum medico non ignotae eſſe
bent, tamen negari non poteſt, hydroceles
uſas occaſionales, quae morbum effecerunt,
ɛpe detegi non poſſe, et hanc ob rem id for-
ſe accidit, ut remediis pharmaceuticis rariſ-
ıe aliquid proficiatur. Attamen non ſemper
ıſae prorſus latent, earumque efficaciſſimas
ıuentes habemus.

Cauſa proxima ſita eſt in collectione aquae,
ae enaſcitur inde, quod aequilibrium inter
poſitionem et abſorptionem ſublatum eſt. In
tu normali reſorptio ſecretioni reſpondet, aut
tem diſcrimen inter duas has actiones diverſis
atibus exiguum eſt. Si praevalet depoſitio,
ſiſtit hydroſis vel pneumatoſis, vel ſimplex
umeſcentia ſive induratio, prout lympha for-
m primariam retinet, aut formam pneuma-
am accipit, aut gradum quendam organiſa-
nis aſſequitur. De prima tantum hic eſt diſ-
endum. Anomala inter ſecretionem et re-
ptionem ratio oriri poteſt ex aucta ſecretione
n normali vel imminuta actione reſorptionis,
: ex imminuta reſorptione cum normali depo-
one. Inde orta eſt diſtinctio hydroceles in
ivam et paſſivam.

Cauſae disponentes ſive internae.

Neque hujusmodi cauſae ſatis notae ſunt. Non
m conſtat, num diſpoſitio hereditaria ad hunc
rbum ſtatuenda ſit. Acquiſita vero diſpoſitio
morbis ſuperatis teſticulum ejusque tunicas
cientibus prodit, ſive inflammatio ſit, ſive
tuſiones aliaque ejusmodi. Ceterum diſpo-

nit ad hunc morbum, ut omnino ad hydropem, laxus habitus et lymphatica conſtitutio. Proceſſus denique peritonaei, qui teſticulum deſcendentem includit, et tunica vaginalis teſticuli, quum ſeroſae ſint membranae, ſunt diſpoſitae ad conformandum hunc morbum. Saepius in ſiniſtro latere inveniri fertur, quam in dextro [29]). Morbus nulli aetati parcit, frequentiſſimus quidem eſt in neonatis. Praeterea finis primi vitae anni, tertii et ſeptimi ſtadiumque evolutionis vel ad conformandum, vel ad augendum, vel ad ipſam ſanationem magnam vim habere dicitur. Praeterea plurimae dyſcraſiae et cachexiae cauſae hujus morbi eſſe poſſunt, et ſyphilis potiſſimum hujus rei accuſanda eſſe videtur. Non minus certum eſt, hydropem vel anaſarcam, vel aſciten, ſaepe progenerare hanc formam. Scrophuloſis quoque eam efficere dicitur, atque ex febribus quoque putridis noſtram formam per depoſitiones criticas exiſtere, multi volunt. In ſenioribus hominibus arthritis quoque aliquam vim habere videtur ad morbum efficiendum, et Pott quidem hydrocelen ſponte evaneſcentem vidit, quum aegrotus podagra afficeretur. Aucta

29) Notatu dignum eſt, quod veteres de hac re dicunt. Etenim, quoniam vena ſpermatica ſiniſtra cum vena renali conjuncta ſit, in morbis renum urinam per priorem deſcendere, et hydrocelen efficere poſſe. V. Rembertum Dodonaeum obſ. medicinal cap. 38. p. 98. „Rene hoc (ſiniſtro) male affecto, nec officio ſuo probe fungente urinae pars, quam emulgens haec ad ſe pertraxit, cum ad veſicam per male affectum renem non poteſt deſcendere, per ſeminalem in erythroidem delabitur, et hydrocelen eo modo ingenerat.“
Hildan. obſ. chir. cent. IV, obſ. 66. Lanfranchi Chirurg. magn. L. III. tr. 3. c. 7.
„Si hernia fiat ex humoribus venientibus a renibus ad teſticulum, cognoſcitur tactu.“

ıoſitas abdominis et partium genitalium
ıyſch ſolas eas cauſas eſſe cenſet oppreſſio
·onicorum exanthematum, habitualium ex-
tionum, ſudorum localium, haemorrhagia-
n, ſanatio veterum ulcerum etc. — inflam-
tio urethrae, teſticuli, degeneratio teſticuli,
ɔrimis ſi ſyphilis cauſa horum malorum eſt;
ɔrum reducentium compreſſio hernia omenti
urati aliisque tumoribus effecta malo noſtro
am praebere poſſunt.

Cauſae occaſionales vel externae.

De iis cauſis hujus morbi, quae prodeunt è
entiis externis in organismum humanum in-
ɜntibus, pauca quidem nota ſunt; attamen
gnam vim ab iis exerceri, partim conjici pot-
partim experientia probatur.

a) Varia aëris temperies et conditio, frigus
alor, ſiccitas et humiditas etc. certiſſime
ltum ad morbum procreandum conferunt, re-
erationemque frequentiſſimam morbi cauſam
, medici obſervarunt.

b) Si domiciliis hominum paludes, aquae,
ntes vicini ſunt, in diſpoſitionem ad hunc
rbum vim habere poſſunt, nec non obſerva-
ı eſt, hunc morbum in hominibus ortum eſſe
egionibus calidis verſantibus, in regionibus
idioribus evanuiſſe, et in calidioribus denuo
rtum eſſe. Et omnino in regionibus calidio-
ıs frequentius occurrere dicitur, quam in
idioribus.

c) Rationes vitae, negotia, quae vel ſtan-
vel ſedendo exercentur, domicilium humi-
n, ciborum quantitas et ratio, haec omnia
m vim habeant ad morbum efficiendum,

minus notum eſt; tamen ratio victus obſervand eſſe videtur, et imprimis fructus nucum et ca- ſtanearum nonnunquam cauſa hujus morbi eſſe dicuntur. — Similem vim habent nonnullae cauſae mechanicae, inter quas frequentiſſima eſt compreſſio vaſorum reducentium, quam effic bracherium. Praeterea huc pertinent omnes vio- lentiae mechanicae, quae eas partes, quae hy- drocele afficiuntur, tangunt, ut contuſiones te- ſticuli etc., quam ob cauſam ſaepe invenimus hunc morbum apud equites. Jam eae quoque res huc referendae ſunt, quae chemica vi vel irri- tant vel deſtruunt.

Prognoſis.

Morbus in univerſum minoris momenti eſt, ac per totam vitam ſaepe durat, absque magnis aegroti incommodis et ſine vehementiori mali in- cremento. Attamen graviori gradu ſaltem mo- leſtus fieri poteſt. Pondere tumoris funiculus ſpermaticus extenditur, et ex frictionibus inter ſcrotum tumefactum et femur enaſcuntur exco- riationes, quibus ex rebus aegroto magni dolores cientur, niſi ſcrotum ſemper elevetur ſuſpenſorio. Num hydrocele, ſi vel ultro evaneſcit, vel arte removetur, alios morbos efficere poſſit, incertum eſt. Ille morbi caſus a Pottio relatus, de quo ſupra jam loquuti ſumus affirmare hoc videtur. Fallopius quoque dicit: „ſaepe ego vidi multos per hernias (hydroceles) liberatos eſſe a gravibus affectibus“ [30]). Experientia vero demonſtrat, ſanationem hydroceles raro tantum noxiam eſſe. Malum noſtrum habere magnam vim ad efficien-

---

30) Fallopius de tumoribus praeternat. c. 34, opp. T. II.

n hypochondriam, non ſane veriſimile eſt. Ma- vero, quam ad totum organismum, hydroceles iculum ad functiones partium genitalium ſpe- t. Satis enim conſtat, majorem tumorem im- ire liberam circulationem humorum, ſive a ipſum teſticulum circumdat, ſive iis locis tinetur, quos ſupra diximus. Comprimit m in utraque ratione vaſa, per quae humores ndunt. Enaſcitur ex hac re varicoſitas teſti- i et funiculi ſpermatici, vel teſticulus fit atro- cus. Ex Purmanni quidem [31]) ſententia in lrocele ſaepe, ex Dieter. Sprögeli [32]) ſemper ctus eſt teſticulus, ut caſtrationem poſtulare itur. Certe non omnino verum eſt, quod hi dixerunt. Croiſſant de Garengeot [33]) jam nadvertit, intumeſcentiam vaſorum ſperma- rum non ſemper periculoſam, ſed ex indu- one teſticuli et epididymidis caſtrationem icari.

Experientia monet, caute dijudicandas eſſe enerationes teſticuli, quae poſt ſanationem hy- celes ſaepe in ſtatum normalem redeunt [34]). eter degenerationem teſticuli ſaepe impo- ia efficitur, imprimis ſi hydrocele in utroque re exiſtit; et ſi hydrocele in uno tantum la- exoritur, coitus interdum impeditur, quum is tumore nimis retractus ſit. Quod ad ſpem tionis attinet, prognoſis bona eſt, quia ſem- ſperare licet, aegrotum ſanatum iri. Inter ſin- s ſpecies facillime ſanatur hydrocele conge- , interdum ſola naturae vi medicatrice.

Lorbeerkranz. Th. II. K. 18.
Selectae obſervat. Helmſt. 1720.
Traité des operations de Chirurg. V. I.
Bell Lehrbegriff der Wundarzneikunde. Bd. I.

Pauca de curatione in univerſum.

Hydrocele morbus eſt, qui raro ſine adminiculo artis ſanatur, neque medicus deeſſe debet ſanationi adjuvandae, niſi forte in hydrocele congenita, quae nonnunquam ſponte evaneſcat. Curatio dividitur in palliativam et radicalem, quarum prior non niſi emiſſionem aquae per punctionem ope lanceolae vel acus triquetrae efficit. Huic ubique radicalis ſanatio praeferi debet, quae vel *pharmaceutica methodo* vel oprativa inſtituitur.

1) Curatio per remedia pharmaceutica.

Hanc curationis methodum jam prioribus temporibus adhibuerunt medici, et varia medicamina morbo oppoſita et laudata ſunt. Applicantur aut ad locum affectum, aut interne adhibentur, ut ex incitatione organorum ſecernentium modo antagoniſtico reſorptio adjuvetur. Ad hanc rem dabantur emetica, draſtica, diuretica, ſudorifera etc.

Topice multa remedia vel ſola, vel cum iis, quae diximus, conjuncta adhibita ſunt. Notatu digniſſima ſunt inter ea:

1) Applicatio vaporum ad ſcrotum vel ſimplicis aquae, vel aceti ſimplicis vel ſquillitici; (Heim) fumigationes maſtigos, ſuccini, myrrhae, baccarum lauri.

2) Lavationes et fomenta cum ſpiritu frumenti, ſerpilli, anthos, foeniculi, Mindereri, aceto vini, vino rubro, aqua marina; decoctis corticis chinae, ſalicis, quercus, hippocaſtani, cinnamomi cum vino rubro. Effectus eorum etiam major redditur calore, ſed frigida quoque fomenta adhibentur. Keat quidem commendat ſolutionem ammon. muriat. ℥ I in acet. vini, ſpi-

vini rectif. ℥ IV āā ope penicilli ter per diem ſcrotum applicandam. Quae ſolutio ſaepe iſſima fuiſſe dicitur [35].

3) Frictiones imprimis cum illis linimentis inguentis, quae ammonium, hydrargyrum, ar. ſtibiat. etc. continent.

4) Emplaſtra ex galbano, ammoniaco, aſa ida, cicuta, belladonna etc.

5) Veſicatoria, fonticulus etc.

Ne vero haec remedia methodo empirica ibeamus, reſpiciendae nobis ſunt cauſae occa-ales et natura morbi. Igitur ſi qua cauſa de-tur, removenda eſt, vel ſaltem debilitanda. eterea ſi dyſcraſiae ſuſpicio movetur, applicari unt derivationes, aut ſi ſolita profluvia op-ſa ſunt, reſtituantur. Prout characterem bi curatio debet eſſe aut antiphlogiſtica, aut tans. Alteri fomenta frigida, inunctiones curial., imo hirudines, alteri remedia ſupra a reſpondent.

Raro haec curatio proſperum effectum ha-, viaque operativae curationis multo ſaepius nda eſt, eoque magis, quo magis aetate pro-i ſint aegri. Quando vero curatio pharma-ica non ſufficit ad ſanandum aegrotum, apta atio eligenda eſt. Variae a variis medicis ationis encheireſes applicatae ſunt, quae poſt e emiſſionem, reiteratam ejus accumulatio- per concretionem cavi, in quo continetur , impedire debent. Applicantur ad hoc effi-lum, 1) turunda, 2) cauterium, 3) ſeta-ı, 4) exſtirpatio tunicae vaginalis, 5) in-

---

Keat, Fälle des Wasserbruchs sammt Beobachtungen er eine sonderbare Art, diese Krankheit zu behandeln. Aus m Engl. mit Anmerkungen von Langswert. Prag 1796.

jectio, 6) incifio. De omnibus his generibus pauca tantum hic differam.

Cura per turundam.

Franco eam primus applicaffe videtur [36]. Eum fequebantur Guillemau, Covillard, Thevenin, Ruyfch, Marini, Alexander Monro, recentioribus temporibus Theden, Warner, Larray, Pott, qui vero in applicatione turundae discrepant quoad magnitudinem locumque incifionis inftituendae, quam alii ope lanceolae, alii ope cauterii, alii tandem acus triquetrae ope vel in inferiori vel in fuperiori tumoris parte efficiendam fuadent. Nec minus vero diffentiunt dicti auctores quoad naturam turundae, quam per aperturam arte effectam in cavum tumoris immittunt, ut inflammatio inde cieatur, et qua nonnulli fimpliciter, alii unguentis excitantibus oblita utuntur, alii ejus loco fpongiam ceratam, cereolum vel tubulum acus triquetrae folidum vel flexibilem adhibent. Haec curationis ratio multa incommoda habet, quia non minus tefticulum, quam tunicam vaginalem, hancque non totam, fed ex parte tantum irritat, unde efficitur, ut haec duo organa ex parte tantummodo coalefcant. Si pus movetur, facile in telam cellulofam effundi poteft.

Cura per cauterium.

Eligitur aut actuale aut potentiale. Illud apud veteres potiffimum in ufu erat, inter quos Leonidas Alexandrinus, Paulus Aegineta id applicabant, quos fecuti funt Arabes Avicenna et Albucafes, qui applicationem accuratius defcripfit. Cauterium potentiale antiquis temporibus

36) Traité des hernies. Lyon 1561. p. 81.

o adhibebant chirurgi; postea vero a mul- laudatum est. Veteres chirurgi in totum am- um tumoris id adhibere solebant, quum re- tiores ejus applicationem in minorem cutis tem restringant. Dussaussoy per pollicis lati- linem applicavit cauterium in totam longitu- em tumoris [17]).

Cauterium si apte applicatur, semper movet gnam inflammationem, quae facile causa fit purationis profusae et fistularum inde orien- m. Effectum ejus chirurgus certis limitibus ringere non potest, idcirco interdum propter ctum nimis exiguum usum lanceolae necessa- m reddit, interdum propter nimiam efficaci- m partes vicinas profundeque sitas laedit, et testiculo forte in degenerationem tendente — iculum movere potest. Praeterea partes ma- violat, quam necesse est. Sanatio lente sequi- , doloresque efficiuntur majores, quam in cete- methodis. Attamen adhiberi potest in homi- us cultelli usum nimis perhorrescentibus.

Cura per setaceum.

Galenus jam applicavit setaceum (v. supra). eterea setacei ab antiquis paene nulla mentio Postea a multis laudatum est. Recentiori- temporibus eo saepe feliciter usus est Pott. m Astley Cooper in pueris duorum vel trium orum, nisi hydrocele externis remediis sanari sit, applicandum suadet. Applicatio setacei em incommoda habet, quae turunda. Bell m setacei vituperat, quia impediat, quomi-

---

) Dussaussoys Abhandlung über die Radikalkur des Was- erbruchs durch das Aetzmittel, aus dem Franz. Leipzig 1790.

nus ſtatus teſticuli exploretur et ſanatio non contingat, ſi ſimul hydatides adſint.

Cura per exciſionem.

Celſus curam per exciſionem jam his verbis laudat: „ſi ſub media imave tunica (vitium eſt), totae hae extra ſcrotum collocandae excidendaeque ſunt.“ Eodem modo Galenus, Fallopius, Douglas, Saviard, White, Gooch, Louis, Textor, Kinder Wood et alii eandem methodum exercebant, et vel ſemper eam applicabant, vel non niſi in degenerationibus tunicae vaginalis; alii parvam tantum partem, alii quam plurimum excidunt. Exciſionem ſaepe ſequuntur graves affectus, ut magna inflammatio et ſuppuratio, ipſaeque haemorrhagiae, quae ſaepe non niſi ligatura vaſorum ſiſti poſſunt. Sanatio ſaepe in diuturnum protrahi dicitur. Haec omnia incommoda removeri poſſe dicit Textor [38]), ſi vulnus per primam intentionem ſanetur. Sharp [39]) affirmat, in magnis hydrocelis exciſionem minora incommoda habere quam inciſionem. Ac ſane praeferenda eſt in induratione et degeneratione tunicae vaginalis.

Cura per injectionem.

Lambertus [40]) hanc operationis methodum invenit. Poſtea ſaepiſſime cum euphoria adhibita eſt, potiſſimum in Gallia et Anglia. Ad injectiones varia liquida elegerunt medici. Lambertus injecit ſolutionem hydrarg. muriat. corroſivi,

---

38) Neuer Chiron. Bd. I. St. 3. Salzbach 1821.
39) Kritiſche Unterſuchungen des gegenwärtigen Zuſtandes der Wundarzneikunſt aus dem Franz. Roſtock und Leipzig 1756.
40) Les Oeuvres chirurgicales de Mr. Lambert. Marſeille 1677.

onro primum ſpirit. vini, poſtea vinum merum, evret lapidis cauſtic. gr. jj in aquae ℥ vj ſoluta, Sa- tier laudat vinum rubrum, A. Cooper adhibet ſo- tionem Zinc. ſulphuric. ʒ in aquae ℥xjj. Noſtris mporibus mixtura duarum partium vini Oporten- aut quinque partium vini Burgundenſis cum una rte aquae frequentiſſime adhibetur. Aquam quo- ıe calidam vel frigidam, ipſum liquorem per pun- onem emiſſum injecerunt, aut aërem inflarunt. injectio certam ſanationis ſpem praeberet (id od Anglici medici commendationibus ſuis affir- are videntur) maximi facienda eſſet. Injectio enim ulto leniorem vim habet in organismum, quam terae operandi methodi, et in permultis caſibus hiberi poteſt, qui graviores laeſiones vetant, liquis methodis multo ſimplicior eſt, neque ac- rata vinctura, neque ligatura eget, meliusque plicari poteſt in viris cultellum pertimeſcenti- ıs, qnamquam non minores dolores efficit. natio ſequitur multo celerius vixque aegrotus lecto commorari cogitur. Gradum irritatio- s certius moderari poſſumus, quum liquidum jiciendum pro cujusque aegroti natura eligere, que vel per brevius longiusve tempus in partes orboſas adminiſtrare liceat. Sed injectio mul- quoque incommodis premitur. Teſticulus non inus irritatur, quam tunica vaginalis, ejusque tum non ſatis accurate explorare poſſumus; dit ſaepe malum poſt aliquod tempus, neque nnibus caſibus adaptari poteſt, minime vero, aqua pluribus cellis continetur, ſi gelatinoſam ae ſe fert rationem, ſi hydatides adſunt, ſi embrana includens valde indurata vel degene- ta eſt, tandem ſi hydrocele congenita cum her- a immobili complicata eſt,

Cura per incisionem.

Hanc methodum, quam Celſus jam adhibuit, Paulus Aegineta, Abulcaſem et alii accuratius deſcripſerunt. Omnibus temporibus applicata eſt, et noſtris quoque imprimis a medicis Germaniae laudatur, quae maximas habeat virtutes; et tunc quoque poteſt applicari, ſi teſticulus degeneratus eſt, qui, ſi neceſſarium eſt, ſtatim exſtirpari poteſt; hydatides ſi adſunt, facile animadverti et exſtirpari poſſunt. Si vitium commiſſum ſit in diagnoſi, haec ratio minus noxia fuerit. Si membranae includentes induratae vel degeneratae ſunt, item exſtirpari poſſunt. Praeterea nulla operatio certiorem ſanationem efficit. Improbatur a quibusdam haec operandi methodus propter graves, quas efficere dicitur, affectiones, quas vero non valde timendas eſſe peritiſſimorum chirurgorum experientia ſatis probat. Contraindicata eſt apud infantes, in mala conſtitutione aegroti, et ſi forte metaſtaſis timenda eſſet.

Curatio ſingularum ſpecierum.

Hydrocele tunicae vaginalis communis.

Sanationem remediis diſcutientibus tentare poſſumus, plerumque vero fruſtra, niſi hydrocele cyſtica adeſt ex proceſſu peritonaei aperto orta. Saepiſſime operatio indicata erit. Propter cauſas, quae ex anatomica ratione partium affectarum oriuntur, inciſio vel exciſio hic eligenda eſt.

Hydrocele tunicae vaginalis teſticuli.

In hac forma omnia ea valent, quae de variis curationis modis diximus, quum omnia remedia contra eam applicari poſſint, quae a me-

cis paffim laudata funt. Itaque hic quidem uca adhuc dicenda funt de curatione hydroceles, ando in utroque latere occurrit. Alii judicant, in c hydroceles forma in utroque latere eodem npore operationem radicalem inftituendam, i vero, poftquam alterum latus jam fanatum ad alterum progrediendum effe. Aptius ə videtur, aut fimul in utroque latere operanem facere, aut faltem, fi in altero latere eratio radicalis fit, in altero palliativam facere, pterea quod inflammatio in altero latere vim alem in altero ita auget fortaffe, ut etiam hic icalis fanatio efficiatur.

Hydrocele facci herniofi.

Curatio ejus pendet a diverfis, quas fupra alimus, hujus morbi fpeciebus. Si aqua folumdo in facco herniali ftagnat, claufumque eft lum, etiam huic fpeciei omnes nominatae rationes adaptari poffunt, et valet de eorum ommodis et praeftantia idem, quod fupra imus. Si vero una cum aqua inteftinum in o contentum eft, reponi debet, praeferendaeft incifio, qua fola aegrotus ab utroque o liberetur. Si inteftina cum facco herniofo us coaluerunt, interdum poft factam incifio1 partes feparari poffunt. Si vero magis coaunt, non nifi operatio palliativa applicari eft, totaque curatio fita eft in fufpenforii et eolae ufu repetito. Hernia vero omenti ralem potius fanationem admittit, quum paromenti fine damno exftirpare poffimus.

Hydrocele congenita.

Curatio hydroceles congenitae a ceteris di-

verſa eſt, quod raro operationem poſtulat, et plerumque externa remedia ſufficiunt, aut operatio palliativa hic radicalis fit. Leniores injectiones ſpem ſanationis etiam certiorem reddunt. Praeterea hydrocele univerſalis et ſuperior, quia cavum, quod aquam continet, cum cavo abdominis conjunctum eſt, curationis methodum admittit, quae a ceteris diverſiſſima eſt. Etenim Viguerin aquam repreſſit in cavum abdominis, clauſitque annulum abdominalem bracherio. Applicari poſſit haec methothodus etiam in hydrocele ſacci hernialis; majorem vero in hydrocele congenita habere debet effectum, quia in hac ſpecie tunica vaginalis ad concretionem ſpontaneam maxime prona eſt. Si hydrocele congenita complicata eſt cum hernia mobili, curatio non diverſa eſt; ratione contraria ea curatio inſtituenda eſt, quam deſcripſimus in hydrocele ſacci hernialis.

CURRICULUM VITAE.

tus ſum in pago Gueſtphaliae Greffen anno 1808 e *Henrico Loweg*, fundi poſſeſſore, matre e gente *mann*, catholicae religioni addictis, quibus adhuc ntibus gaudeo. Primis literarum elementis per qua- annos in progymnaſio Warendorpienſi imbutus , unde gymnaſium Monaſterienſe petivi, ubi poſt annos examine abſoluto teſtimonium maturitatis II accepi. Dein auctumno 1828 civibus academicis nis philoſophici Academiae Monaſterienſis adſcriptus uentavi Ill. *Schüter* Cicer. de oratore explicantem, e de ſtylo Germanico diſſerentem; Ill. *Roling* phy- experimentalem, Ill. *Eſſer* pſychologiam et logi- Exp. Lutterbeck anthropologiam, Ill. *Winiewski* cydidem et encyclopaediam exponentes. Vere 1829 nſtitutum medico chirurgicum receptus de chemia aetetice Ill. *Bodde*, de botanice Exp. *Roedig*, de gia Exp. *Becks*, de anatomia generali et ſpeciali arte cadavera ſecandi Ill. *Wutzer*, de oſteologia yndesmologia Ill. *Tourtual* jun., de phyſiologia *Heindorf*, de pathologia Exp. *Buſch* audivi do- es.

Vere 1830 Gieſſae a Rectore Magnifico Ill. *Vogt* us academicis adſcriptum me docuerunt: morbos nicos et neuroſes Ill. *Balſer*; pharmacodynamicen, ologiam, chirurgiam et therapiam generalem Ill. ; oſteologiam Ill. *Wernekink*.

Poſt annum, vere 1831, almam Gryphiam petii, Rectore Magnifico Ill. *Berndt* in civium academi- n numerum receptus ſum, atque audivi Ill. *Seifert* rmulari, de arte faſtias chirurgicas adligandi, de cina forenſi; Ill. *Mandt* de chirurgia generali et ali, de morbis oculorum, de akiurgia; Ill. *Berndt* erapia generali, de pathologia et therapia ſpeciali, te obſtetricia; Ill. *Schultze* de anatomia pathologica, atomia comparata; Ill. *Hornſchuch* demonſtrantem as; Ill. *Laurer* de neurologia et angiologia. In ca- ibus diſſecandis duce Ill. *Schultze* me exercui. Per ue ſemeſtria clinico medico et obſtetricio, nec non

converſatorio medico, duce Ill. *Berndt*, interfui. Clinicum chirurgicum et ophthalmiatricum duce Ill. *Mandt* frequentavi, praeterea operationibus chirurgicis in cadavere inſtitutis duce Ill. *Mandt* interfui.

Quorum virorum experientiſſimorum illuſtriſſimorumque memoriam ſemper pio gratoque animo retinebo, et imprimis gratiam quam plurimam me debere profiteor, viris Ill. *Berndt* et Ill. *Mandt*, quod non ſolum me inſtruxerunt ſcientia, ſed etiam multa alia beneficia in me contulerunt.

Poſtremo etiam in clinico chirurgico aſſiſtentis munere functus ſum.

Tentamine philoſophico et medico, nec non examine rigoroſo feliciter abſoluto, ſpero, fore ut defenſa diſſertatione, ſummi in me conferantur medicinae et chirurgiae honores.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Instrumenta, quae destinata sunt ad dirumpendam in partu vesicam, superflua sunt.

II.

Reclinatio cataractae in hominibus aetate provectis nequaquam contraindicata est.

III.

Febris hectica amputationem non vetat.

IV.

Vermium intestinalium prima origo ex generatione aequivoca deducenda est.

V.

Nulla remedia antisyphilitica satis certa exstant, praeter hydrargyrum.

VI.

Remedia, quae omnibus temporibus cum fructu adhibita sunt, semper praefero novis, quamvis laudata sint ab uno alterove.